Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

791 - 801

urn:nbn:de:bsz:31-326693

Visual Library

et ab alia fronte terra sancti Petri de monasterio Sundalberti abbatis[1]. totum et integrum a die presente donamus atque transfundemus, liberam et firmissimam in omnibus habeatis potestatem. si quis vero, quod futurum esse non credo, si nos ipsi vel heredes nostri seu quislibet ulla opposita extranea persona, qui contra hanc donationem a nobis factam venire temptaverit aut inrumpere voluerit, iram dei incurrat et inferat fisco cogente auri uncias 5, argenti pondera 2. actum in Strazburga civitate publica. datum 10 kalendas julias anno 23 regni domni Karoli regis. + Theothardi + Ebursuuinda conjugis sua, qui hanc donationem fieri rogaverunt + Hrihcharii + Hruodmunti + Otoni + Theotuuigi + Egilolfi + Thancholfi + Utoni + Asaph, qui rogatus scripsit.

Aus Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 59 nr. 98 nach einem Fuldaer Chartular des 9ten Jahrh. f. 2b und 5b mit der Ueberschrift: traditio Theotharti et conjugis ejus de Strazburg. *Darnach auch bei Schannat Corp. trad. Fuld. p. 47 nr. 95 = Grandidier Hist. de l'égl. de Strasb. II p. j. p. 144 nr. 80.*

21. *Theothard schenkt für das Seelenheil Adalharts dem Kloster Fulda ein überbautes Grundstück innerhalb der Neustadt Straßburg und Ländereien in der Mark Heidolsheim. 801 Juni 27 Straßburg.*

Sacrosanctæ ecclesiæ sancti Bonifatii, quæ est constructa super fluvium Fulda, ubi ipse martyr sacro requiescit corpore, ubi in dei nomine Baugolfus abba preesse videtur, ego itaque Theothardus dono pro remedium Adalharti donatumque in perpetuum esse volo hoc est infra nova civitate Argentoratinse ariale unum cum casa, quæ supra ipsam arialem stabilita est. ab uno latere terra sancti Nazarii[2], ab alio latere terra sancti Mauricii[3], ab uno fronte terra sanctæ Mariæ, ab alio fronte terra sancti Stephani[4] +. et in marcu Haidulfushaim ariale unum, ab uno latere terra sanctæ Mariæ, et terræ araturiæ jurnale unum. ea ratione a die presente trado atque transfundo, ut ipsa casa dei vel congregatio illa hæc omnia teneant atque possideant et, quicquid exinde facere voluerint, liberam in omnibus habeant potestatem. si quis vero, quod futurum esse non credo, si ego ipse, quod absit, vel heredes mei seu quislibet ulla opposita persona extranea, qui contra hanc donationem a me factam venire temptaverit aut eam infrangere voluerit, tunc inferat vobis cogente fisco auri uncias 5, argenti pondera similiter, et quod repetit evindicare non valeat; sed presens donatio hæc omni tempore firma et inviolata permaneat stipulatione subnixa. actum in Strazburga civitate publice. data 5 kalendas julias anno 33 Caroli regis. + Theotharti, qui hanc donationem fieri rogavit + Uuolfberti

---

1 *Nach Grandidier l. c. not. x Land des dem heiligen Petrus geweihten Klosters Moyen-Moutier, dem seit 758 Sundalbert, nach Andern Sundrabert, als Abt vorstand.*

2 *Nach Grandidier l. c. not. z der Abtei Lorsch gehöriges Land; der cod. dipl. Lauresham. enthält indeß keine Straßburger Besitzungen.*

3 *Nach Grandidier l. c. not. a dem Kloster Ebersheimmünster bei Schlettstadt zugehörig.*

4 *Wohl Grundbesitz der Straßburger Cathedralkirche und des St. Stephansklosters. Cfr. Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 269.*